Fragmentarium

quemque in manu proximi sui et in
manu regis sui. Et concident ter
ram et non eruam de manu eorum
Et pascam pecus occisionis propter
hoc. O pauperes gregis. Et adsumpsi mihi
duas virgas. Unam vocavit deco
rem et alteram vocavi funiculum
et pavi gregem. Et succidi tres pas
tores in mense uno et contracta
est anima mea in eis. Siquidem ani
ma eorum variavit in me et dixi
non pascam vos. quod moritur mori
atur. Et quod succiditur succida
tur. et reliqui vorant unusquisque
XI, 10 carnem proximi sui. Et tuli virgam
meam quae vocabatur decus et ab
scidi eam. Ut irritum facerem foe
dus meum quod percussi cum omnibus
populis. Et irritum deductum est
in die illa. Et cognoverunt sic pau
peres gregis qui custodiuntur mihi
quia verbum domini est et dixi ad eos.
Si bonum est in oculis vestris ad fer
te mercedem eam et si non quiescite
Et adpenderunt mercedem eam
xxx argenteos. Et dixit dominus ad me
proici illud ad statuarium decorum.
pretium quod ad pretiatus sum a bis.
Et tuli xxx argenteos et proieci
illos in domo domini ad statuarium
Et precidi virgam meam secundam que appel
labatur funiculus ut dissolverem
germinantem inter iudam et inter
israel. Et dixit dominus ad me adhuc sume

tibi vasa pastoris stulti. Quia
ecce ego suscitabo pastorem
in terra que derelicta non visi
tavit. Dispersum non quaerit et
contritum non sanavit et id
quod stat non enutriet sed car
nes pinguium comedet et ungu
los eorum dissolvet. O pastor et
idolum derelinquens gregem gla
dius super brachium eius et super
oculum dextrum eius. brachium
eius ariditate siccavitur et o
culus dexter eius tenebrescens
obscurabitur. Onus verbi domini
super israel dixit dominus extendens ce
lum et fundans terram. Et finge
ns spiritum hominis in eo ecce ego po
nam hierusalem super limina se
crapule omnibus populis in cir
cuitu sed et iuda erit in obsidio
ne contra hierusalem. Et erit
in die illa ponam hierusalem la
pidem honoris cunctis populis.
Omnes qui levabunt eam concisione
lacerabuntur. Et colligentur
adversus eam omnia regna
terra. In die illa dicit dominus per cu
tiam omnem aequum in stupo
rem et ascensorem eius in amen
tia et super domum iuda aperiam
oculos meos. Et omnem aequum
populorum percutiam in caecitate.
XII, 5 Et dicent duces iuda in corde suo
confortentur mihi habitato

res.

License: public_domain – München, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 29265(7, 5v – Old Testament
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-whvz/10120/73674)